

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fortitudo n
cum fonte primo

Reproborum fortitudo est transitoria sine cessatione diligere,
contra flagella conditoris insensibiliter perdurare,
ab amore rerum temporalium nec ex aduersitate quiescere,
ad inanem gloriam eciam cum uite detrimento peruenire, malicie augmenta exquirere,
bonorum uitam non solum uerbis ac moribus sed eciam gladiis impugnare,
in semetipsis spem ponere, iniquitatem cotidie sine ullo desiderii defectu perpetrare.

Gregorius ibidem (libro VIII. moralium).

Reproborum uero fortitudo est transitoria sine cessatione diligere,
contra flagella conditoris insensibiliter perdurare,
ab amore rerum temporalium nec ex aduersitate quiescere,
ad inanem gloriam etiam cum uitae detrimento peruenire, malitiae augmenta exquirere,
bonorum uitam non solum uerbis ac moribus sed etiam gladiis impugnare,
in semetipsis spem ponere, iniquitatem cotidie sine ullo desiderii defectu perpetrare.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 7.21 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.349, ll.8-15).